



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum consensus de futuro cum copula carnali sequente
sufficiat ad matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. XXVIII.

4. RESPONSI O. Videnda sunt tria. Primum est, qualiter bigamie sit annexa irregularitas. Secundum est, quod modis bigamia contrahatur. Tertium est utrum cum bigamis licet dispensare.

5. Quantum ad primū dicitur sic cōmūniter, quod causa quare bigamia est annexa irregularitas et defectus sacramenti: decet enim illū qui constitutur minister sacramenti, nullum pati in sacramētū defectū, sed per sacramētū ordinis constitutus quis minister sacramētū, ergo non debet in sacramētū habere aliquem defectū. Bigamus autē partitus defectū in sacramētū matrimonii. Cū enim in matrimonio ex hoc sit sacramētū quod significat coniunctionē Christi & ecclesiae, quae coniunctio est unius ad unā, ideo bigamia que hoc tollit cū sit unius ad plures inducit defectū sacramenti, & per consequens irregularitatem. Sed necio an ista fuerit intentio Apostoli quando inhibuit bigamiam ordinari, quia begamia numerantur cum aliis que non fontant in defectū sacramenti, sed magis in nota criminis, dicens: oportet episcopos pum irreprehensibilē esse, unius uxoris viū, non vinolentum, non percutorem, non litigiosum, non cupidum.

6. Et ideo alii dicunt quod causa prohibitionis est, quia in ministris ecclēsie debet maxima spiritualitas apparere, ex eo quod spiritualia administrant & spiritualia docent & in spiritualibus occupari debent: vnde cū concupiscentia maximā spiritualitati repugneret per quam totus homo caro efficietur, non debet aliquod signum concupiscentiae permanentis in eis apparere, quod quidem apparet in bigamis, quia una uxore cōtentī esse noluerunt. Primum tamen tenet communis.

7. Quantum ad secundum sciendū est quod bigamia contrahitur in sex casibus. Primum est quando quis diuerit temporibus habet diueras vxores legitimas & quilibet eorum cognoscit. 28. q. vlt. ca. vi. Accursius. Secundus est quando diueris temporibus habet plures vxores alteram de iure, alteram de facto, extra de bigamis, nuper. Tertius est quando eodem tempore habet plures vxores alteram de iure, alteram de facto, & cognoscit omnes. Quartus est quādā contrahit cum vidua vel corrupta ab aliquo. 33. di. Maritū. & extra de bigamis, cap. debitum. Quintus est quando cognoscit vxorem propriam postquam ab altero fuerit cognita. 34. dist. si cuius. Sextus est quando post sollempne votum continentia contrahit de factō licet de iure non posse. u. q. i. quodquod.

8. Quantum ad tertium dicendū est quod Papa potest dispensare cum omni bigamia & promoueat ad omnes ordines non solum minores, sed quoq; maiores. Cuius ratio est, quia in omnibus panis vel defectibus qui non sunt de iure naturali vel diuino, sed solum de statuto iuris positivi Papa potest dispensare pro libito voluntatis, sed irregularitas annexa bigamia non est de iure naturali vel diuino, sed solum de iure positivo, ergo potest in ea plenaria dispensare. Maior de se patet: quia super peccatas quae merē infliguntur à iure positivo Papa habet plenaria potestatem, minor declaratur: quia illud quod non est contra dictamen rationis naturalis, nec contra veritatem articulorum fidei, nec contra essentialia sacramentorum non est contra ius naturale vel diuinum: ius enim naturale innititur rationi naturali, diuinum vero articulis fidei & sacramentis, & autem bigamus ordinetur non est contra dictamen rationis naturalis (vt de se patet) nec cōtra aliquem articulum fidei nec contra essentialia sacramentū ordinis; quia si de facto bigamus ordinetur, recipit essentialia ordinis, ergo irregularitas bigamia non est de iure naturali vel diuino, sed solum de iure positivo, licet ergo Papa in ea prout voluerit dispensare. Sed episcopus potest quantum ad minores ordines, & quidam dicunt quod etiam quo ad maiores in illis qui volunt Deo seruire in religione propter vitandum religiosorum discūrfum.

9. AD primum arg. dicendum quod non licet dispenfare in his quae continentur in canonice quae sunt de iure naturali, & de necessitate sacramentorum vel fidei, sed in aliis quae sunt de institutione Apostolorum licet: cum ecclesia eandem potestatem habeat nunc instituendi & determinandi quam tempore Apostolorum habuit.

10. Ad secundum dicendum quod per illud verbum non licet cum bigamis dispensare notatur difficultas dis-

Quæstiō I.

370
peniā, non impossibilitas, & sic glosandū est vñicung
verbum simile inuenitur.

Sententia huius distinctionis. XXVIII.
in generali & speciali.

H ic queri debet. Superiorū determinauit Magister φ consensu sū eius causa efficientis matrimonium: hic autē querit qualis debet esse cōsensus qui matrimonium facit. Et diuiditur in duas. Primum quod inquirit est, utrum consensus per verba de futuro & iuramento firmatum matrimonium faciat. Secundū inquirit quis sit ille cōsensus qui faciat matrimonium ibi, hic queritur cū cōsensus. Prima in tres. Primum determinat veritatem. Secundū contra eam opponit & solvit. Tertiū obiicit contra dicta in superiori distinctione & solvit. Secunda ibi, prmissa a tem sententia. Tertia ibi, illi autem scientia.

1. IN speciali autem sic procedit, & quicquid primū utrum cōsensus per verba de futuro & cum iuramento verum matrimonium faciat. Et respondebit quod non, quia per talia verba promittitur futurus cōsensus & non exhibetur, cū iuramentū nihil aliud sit q̄ confirmatio promissionis su per contractu faciendo: vnde & si alter vel eterq; promittentium ad alia copulam tranferat, verum esset cōjugium & dissolui non posset. Postea obiicit in contrariū huius per quandam legem, & dicit φ lex illa loquitur de iuramento adhibito per verba de presenti: vel lex dicit post iuramentū de futuro matrimonium fieri debere, non autē fore. Postea, quia dictum fuit in precedenti distinctione quod solus cōsensus facit matrimonium, obiicit in contrariū, scilicet matrimonium non esse si non interueniat benedictio solemnis & quedam alia. Et respondebit quod talia sunt de honestate & solennitate sacramenti, non autem de necessitate. Occultus enim cōsensus per verba de presenti expressus facit matrimonium, quanvis ecclesia per talen cōsensus in iudicio non prosequatur. Ultimū querit in quo debeat esse cōsensus faciens matrimonium: si enim in cohabitationem, tunc frater & soror erunt coniuges. Si vero in carnalem copulam, tunc inter beatam Virginem & Ioseph non fuit cōjugium: & respondebit quod cōsensus ille debet esse in cōjugalem societatem, in cuius societatis signum mulier non de capite, nec de pedibus, sed de latere viri a Deo formata fuit.

Q V A E S T I O P R I M A .
Vtrum cōsensus de futuro cum carnali copula sequente sufficiat ad matrimonium.

C irca distinctionem istam queritur de duobus. Primum est vtrum cōsensus de futuro cum carnali copula sequente sufficiat ad matrimonium. Secundum est vtrum cōsensus de presenti conditionatus faciat matrimonium. De tercio enim quod tangit in hac distinctione videlicet qualis sit cōsensus qui facit matrimonium, vtrum videlicet sit in carnalem copulam, an in societatem cōjugalem, an in aliquid aliud, dicetur inferioris dist. 30. qu. 1. quando ageretur de matrimonio beate Virginis. Ad primum sic proceditur & arguitur quod cōsensus de futuro carnali copula subsequente faciat matrimonium: quia cōsensus ex presulis non solum verbis, sed quibusdam evidenteribus signis facit matrimonium, sed per carnalem copulam ex primis cōsensus tantum per euidentissimum signum, ergo per hoc sit verum matrimonium.

2. Item matrimonio quod de se nullum est non praefat impedimentum matrimonio sequenti, cū sit firmum & legitimum: sed cōsensus per verba de futuro cum copula carnali sequente praefat impedimentum sequenti matrimonio, vt appareat extra de sponsalibus, cap. his qui fidem, ergo est verum matrimonium.

3. IN contrarium arguitur sic: quia posterior non est causa prioris, sed carnalis copula posterior est obligatio matrimonii, ergo non facit matrimonium, nec cōsensus expressus per verba de futuro facit ipsum, vt patet ex precedentibus, ergo tale matrimonium nullum est.

4. R E S P O N S I O . Videnda sunt duo. Primum est vtrum carnalis copula sequens sponsalia faciat matrimonium. Secundum est supposito quod non in aliquo casu, vtrum tunc impedit sequens matrimonium.

5. Quantum ad primum sciendum est quod post con-

AAA. 2 tracta

Magistri Durandi de
tracta sponsalia vir & mulier, aut conuenient intentione
exhibendi, quod in sponsalibus promiserunt, aut non: si
primo modo sic est verū matrimonium, & secundum iudicium ecclesie, & secundū iudicium conscientie. Cuius ra-
tio est: quia cōfensus de præsentī sufficienter expresus fa-
cit verum matrimonium, sed quando post sponsalia vir vel
mulier conuenient intentione exhibendi quod in spōsa-
libus promiserunt est ibi verus consensus de præsente, qui
sufficienter exprimitur ex opere subsequito quo ad forū
conscientie consensu supposito, & quo ad forū ecclesie ex
promissione præcedente, ergo est ibi verū matrimonium
non solum secundū iudicium ecclesie, sed etiā secundum forum
conscientie. Si autē non conuenient ex intentione
exhibendi quod in sponsalibus promiserunt, sed affectu
fornicario ex parte viriusq; vel alterius tantū: sic adhuc
secundū iudicium ecclesie est ibi præsumptū matrimonium,
non autem secundū forum conscientie. Ratio primi est:
quia ex quo præcesserunt sponsalia quæ sunt promissio
futuri matrimonii, per quod vir accepit potestatē corporis
mūlteris, & econuerio, cūm sequitur carnalis copula
præsumitur de iure q; sit in exhibitionem rei promissae, &
hęc præsumptio est iuris & de iure, contra quā non admit-
titur probatio, & satis rationabiliter: quia magis licet
post initiatum matrimonium intrare religionem quā post
contracta sponsalia contrahere aliquid matrimonium. Pri-
mum enim licet, & factū tener, sed secundum quanuis fa-
ctum teneat, non tamē licet facere secundū conscientiam;
sed in primo casu si mulier volens transire ad religionem
inuicu cognoscatur à viro, præsumuntur verum matrimonium
confunmati: quia ex præcedente consensu iudicatur
sequēs copula non simpliciter, vt extorta, nec iniuriosa
(vt patet ex præcedentibus) ergo in casu nostro sequēs co-
pula cum non sit vt extorta, sed voluntaria multo fortius
debet præsumi, vt exhibitor præcedentes promissiones. Ra-
tio secundi est: quia matrimonium non solum est quidā con-
tractus, sed sacramentum inquantū est signum sacrae rei
(scilicet coniunctionis Christi & ecclesie) coniunctionem au-
tem Christi & ecclesie sive per charitatem, sive per naturam
conformatam nec est, nec fuit nisi per liberū cōfensem,
& de cōiunctione quidē quā est per charitatem de se patet.
De ea autem quā est per naturam conformatam similiter
patet ex eo q; Christus nostrum naturā nō assumpit, nisi
quando virgo consensit, quando s. dixit: fiat mihi secun-
dum verbū tuum, ergo similiter matrimonium, vt sacra-
mentum non potest verū esse nisi per verum consensum
viriusque, propter quod vbi consensus deest, vel ex parte
viriusq; vt quando conuenient affectu fornicario, vel ex
parte alterius, vt cūm altero dolo vult extorquerre carnale
copulam ab altero nullum est matrimonium, & hoc est
quod dicitur extra de sponsalibus, tua nos, in fine, quod
vbi dolus affuit consensus deest sine quo cātera fodus
perficere nequeunt coniugale, & sic patet primum.

5 Quantum ad secundum dicendum est, quod sicut ec-
clesia iudicat primum matrimonium verū esse, sic secun-
dum iudicat non valere: sed quo ad forum conscientię est
duplex opinio. Quidam dicunt quod licet primum ma-
trimonium nullum sit quidā consensus deest & carnalis
copula dolo extorqueretur, tamē sequens matrimonium
non tenet, non quidē ex vi præcedentis matrimonii quod
nullum fuit, sed propter statutum iuris: potest enim eccl
esa ex causa facere personas illegitimas ad cōtrahendum,
& sic fecit (vt dicunt) in casu nostro, & pro his videntur
sacere verba decretalis allegatae vbi dicitur, quod nec ve-
rum, nec aliquod censetur matrimonium quod de facto
est postmodum subsequetur.

6 Alii dicunt communius & verius q; secundum ma-
trimonium non impeditur per primum quo ad forum con-
scientie, cūm primum nullum fuerit. Nec valet quod alii di-
cunt quod ecclesia potest facere personas illegitimas ad
contrahendum: quia quanvis hoc sit verum, in proposito
tamē casu non fecit illegitimas per aliquod statutum ex-
pressum, nec verba decretalis quā allegata sunt, intelligen-
da sunt, nisi quo ad præsumptionem ecclesie.

7 AD primum arg. dicendum quod vbi post sponsa-
lia vir & mulier conuenient intentione exhibendi quod
promiserunt, ibi est consensus sufficienter expressus, & ve-
cum matrimonium secundum iudicium conscientie & ec-

Sancto Porclano

ecclie, alias non secundum iudicium conscientie: licet semper sit secundum iudicium præsumptum ecclie.

8 Ad secundum dicendum quod patet solutio ex praedictis in secundo articulo questionis.

10 AD argumentum in oppositum dicendum quod sequens copula non facit matrimonium, nisi quatenus est signum præsentis consensus, qua & si sequatur cōfensus natura, vt eius effectus, concomitatur ramen tempore; nec intelligendum est quod præcedens consensus sponsalium cum carnali copula faciat matrimonium, sed consensus nouus & præsens quem carnali copula concomitatur, &c.

QVÆSTIO SECUNDĀ.

Vtrum consensus de præsenti conditionatus
faciat matrimonium.

In 3. d. 3. p. q. 4.

Secundū quæritur virum consensus de præsenti condi-
tionatus faciat matrimonium. Et videtur quod non:
quia consensus faciens matrimonium debet esse certus,
sed consensus conditionatus nō est certus, cū innaturat
dubio conditionis, ergo non facit matrimonium.

Item consensus simplex de futuro cum iuramento
certior est quam consensus de præsenti conditionatus,
sed consensus simplex de futuro quantumcumq; validus
iuramento non facit matrimonium: vt patet per Magis-
trum in litera, ergo nec consensus de præsenti conditi-
natus.

IN oppositum est, quia alii contractus sunt cum
conditione, ergo & matrimonium.

4 RESPONSO. Consensus potest conditionari
dupliciter. Vno modo limitatione temporis, vt si dicatur,
accipio te in meā vsq; ad duos annos, vel expressione
alterius conditionis. Si primo modo non est matrimonium:
quia consensus qui est contra naturam contractus
vitiat contractum, sed consensus vlsq; ad tempus est con-
tra naturam matrimonii, ergo vitiat & tollit matrimonium.
Minor patet: quia de natura matrimonii, vt pertinet
ad ius naturale & quatenus est ad educationem pro-
lis, & vt pertinet ad ius diuinum, & quatenus est facia-
mentum est inseparabilitas, contra quam est consensus
ad tempus.

5 De aliis autem conditionibus intelligendum est, q;
aur conditio est de præsenti, aut de futuro: si de præsenti
sic extante conditione stat matrimonium, nō extante ve-
ro non extat, nisi forte sit conditio impossibilis q; in fa-
uorem in matrimonio debet semper haberi pro non adiecta
& idem est si conditio sit de præterito. Si vero sit conditio
de futuro: aut est necessaria & tunc habetur pro completa
& stat matrimonium: vt si dicatur, contraho tecum si fol-
ioriar cras, aut impossibilis, & tunc habetur pro nō ad-
iecta, & stat matrimonium: aut contingens, & tunc si est
contra bona matrimonii nullum est matrimonium, neq;
sponsalia, vt si dicatur, contraho tecum si generationem
proliis euites, aut si pro quæfū ad adulterandum te tradas,
per eandem rationem quā dicta est de consensu ad tem-
pus. Si vero nō sit contra bona matrimonii, si honesta,
non contrahitur matrimonium, sed sponsalia rātum ex-
ante conditione, non extante vero non. Cuius ratio est,
quia consensus conditionatus sequitur naturam conditionis
nisi licita & honesta: sed conditio est de futuro & potest
non eueneri, ergo consensus de futuro potest deficeri: al-
li autem consensus non est sufficiens ad contrahendum
matrimonium, quod est indissolubile, nisi per morte cor-
poralem vel ciuilium postquam est ritè contractum: si au-
tem sit turpis, debet haberi pro nō adiecta. De hoc autem
dicetur plus in sequenti distinctione.

6 AD primum arg. dicendum, quod consensus condi-
tionatus conditione præterita vel præsenti vel futura ne-
cessaria certus est, sicut non conditionatus: quia conditio
apposita certa est, nec tollit à consensu aliquam certitudi-
nem, nec turpis, nec impossibilis, cūm habeantur pro non
adiectis. Consensus vero conditionatus conditione con-
tingente & futura honesta, incertitudinem habet, sicut &
conditio, ideo non causat matrimonium, sed sponsalia, si
conditio euenerit, alter non.

7 Ad secundum dicendum quod consensus de futuro
addito